



scribendis creavit. quales ex
 libris salomonis in latinum ser-
 monem extens latas duodecim ta-
 bulis exposuer. Fuerunt aut
 hi appius claudius genucius. **I**
 ueterius. iulius. manlius. sulpi-
 cius. sextus. curtius. romelius.
 postumius. hi decem uiri legum
 conscribendarum electi sunt.
 Leges autem redigere in libris
 primus consul pompeius instrue-
 re uoluit. sed non perseverauit
 ob treptatorum metu. Deinde cae-
 sar coepit id facere. sed ante in-
 fecutus est. paulatim autem antiquae
 leges uetustate atque incuria exo-
 leuerunt. quarum & simul iam
 usus est. noua tamen necessaria
 uideatur. Nouae a constantino cae-
 sare coeperunt. & reliquis succe-
 dentibus. extantque permixtae
 & inordinate. postea theodosius
 minor augustus. ad similitudi-
 nem gregorianam & hermo-
 niani codicem factam constituta
 omnem a constantino temporibus.
 sub proprio cuiusque imperato-
 ris titulo disposuit. quem a suo
 nomine theodosianum uocauit.
de legibus diuinis et humanis.
II Omnes autem leges aut diuinae sunt
 aut humanae. diuinae natu-
 rae. humanae moribus constant

Ideoque hec discrepant. quoniam
 aliae aliis gentibus placent. Fas
 lex diuina est. ius lex humana. utri-
 sire palienum fas est. ius non est.
Quid dicitur per apertum ius? Leges lae
Ius generis nomen est. lex aut iuris
 est species. Ius autem dictum. quia ius
 tum. omne autem ius legibus & moribus
 constat. Lex est constitutio scrip-
 ta. mos est. uetustate probata
 consuetudo siue lex non scripta.
 praeter legem a legendo uocata quia
 scripta est. mos autem longa con-
 suetudo est. de moribus. tractata tan-
 tum de. Consuetudo autem est ius
 quoddam moribus institutum.
 quod pro lege suscipitur. cum de-
 fecerit lex nec differat. scripta uel
 antiquitate consistat. quando &
 legem ratio commendat. porro
 si ratione lex constat. lex erit omne-
 iam quod ratione constiterit. dum
 taxat quod religioni congruat.
 quod discipline conueniat. quod
 saluti proficiat. uocata autem con-
 suetudo quia in commune est usu.
Quid sit ius naturale
Ius aut naturale est aut ci-
 uile. aut gentium. Ius naturae
 commune omnium nationum.
 eo quod ubique instinctu natu-
 rae non constitutione aliqua
 habetur. ut uiri. et feminae
 coniunctio. liberorum successio.